



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De conceptione precursoris. capi. j.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Historia euangelica

Historie euangelice. De cōceptione pres-
cursoris domini.

Capitulum primum.

Bit aut in

diebus herodis regis iu-
dee effluxit ante regni
eius vltimū triginta sacer-
dos nomine zacharias d'vi-
ce abla. et vxor eius au-
ronita nomine elisabeth

Danid ei apliare volēs cultū dñi. xliij. insti-
tuit sumos sacerdotes: q̄rū vn' tm̄ maior q̄
dicebat p̄ncps sacerdotū Statuit aut. xvj.
vros d' eleazar. et. viij. de ishamar. et fm̄ sor-
tes dedit vnicuiq; hebdomadam v̄cis sue.
Habuit aut abias octauā hebdomadā d' cu-
ius genere zacharias cū i die p̄p̄tiationis incē-
sum poneret p̄dixit sibi angelus nasciturus
filiū de vxore. Qui p̄sideras sterilitatē vxor-
is et v̄tūsq; senectutē: nō credidit. et ob h̄
ommutū vsq; ad dñe part' Nōmē q̄z pueri
et magnificētia cū abstinetia et indicauit Eō
cepit autem elisabeth et occultabat se mensi-
bus quinq;

De conceptione saluatoris.

Capitulum. II

Ense autē sexto

m missus est gabriel in nazareth ad
maria virginē desponsatā ioseph
Cūq; ea salutata dixisset eā pariturā iesum
filiū altissimi. q̄sissetq; quō h̄ fieret cū se non
cogniturā v̄rū in aīo vouisset nisi aliter de-
disponeret. Angel' addidit. non de viro sed
ope sp̄s sancti p̄cepturā. et etiā cōcepisse co-
gnatā suā elisabeth sibi indicauit: Permixte
enī erāt sacerdotalis tribu et regla Nā et aarō
vxorē habuit de iuda elisabeth sororē naa-
son. et iotada p̄tifer iochabeth filiā regis io-
ram: Et aut maria. Fiat mihi fm̄ verbū tuū.
Et statim p̄cept' ē ch̄us d' p̄gine plen' hō i
aīa et carne ita tū q̄ lineamētia corporis et mē-
bros v̄sib' discerni nō possent Et redit aut cō-
ceptus. viij. kal. aplis et reuolutis. xxxij. an-
nis eadē die mortuus est.

De ortu p̄cursoris. Caplm. III.

urgens autem

maria abiit in ciuitatem iuda Ju-
da nōmē est regni nō tribus. Die

rufalem enim in tribu beniamin erat: p̄ quā
forte trāsiit ad oppidū. in quo dicunt tunc
zacharia habitasse q̄rto miliario a hierusalē
et ibi natū iōannē. Et legit in libro iustoz q̄
beata virgo p̄mo cū leuauit a terra. et cum sa-
lutasset elisabeth exultauit infans in vtero
eius. et cū matrē dñi sut et beatā eam p̄pheta
ret elisabeth: edidit maria canticum dño dī-
cēs. Magnificat aīa mea dñm et. Mansit
aut maria ibi mēsi' trib' ministrans p̄gna-
te donec pareret: et tunc redijt in domum su-
am Octauo autē die cū circūcideret puer et
vocat' euz noīe patris sui zacharia: aut ma-
ter. Iōannes est nōmē e'. Idē scripsit et
pat' sumpto pugillari. Est aut pugillaris ta-
bula que pugno pōt includi. vt calam' scri-
ptoz. Et apertū est os zacharie et p̄phetans
canticum fecit dño B̄ndictus dñs de' israel.

Hec duo cātica nō cantant in ecclesia eo
ordine q̄ sunt edita. Pr̄ius enī cantat qd̄ se-
cundo est editū. Quia enī in cātico zach-
arie legit. Et erexit cornu salutis. qd̄ est factū
in resurrectione. ideo canit i' Laudib' et loquit
ad puerū q̄ fuit auroza solis Et qz legitur in
cātico virginis Resperxit humilitatē ancil-
le sue. ecclesie scz et ipsius marie. qd̄ quidē fa-
ctum est in sexta etate. Et agit de incarnatōe
ibi. Suscepit isrl' puerū suū. sō canit ad ve-
speras. vj. scz officio diurno. Tertū canticū
symeonis qd̄ sequit' cantat in. vij. officio. s̄
cōpletorio. qz orat se dimitti in pace. qd̄ fit in
vij. quietentū. Et qz hec duo cātica euang-
gelica sunt: ideo stantes ea cantam'. Puer
enī crescebat et cōfortabatur sp̄s: et erat i' de-
sertis locis vsq; in die ostensionis sue ad isrl'
Reuertēs aut maria nazareth: inuenta est a
sponso: in vtero hñs de sp̄s sc̄to Qui nolens
eā traducere in coniugē occulte voluit eā dī-
mittere. In somnis aut ammonit' ē ab ange-
lo vt acciperet eā in coniugē: et ne suspicaret
adulteriū. p̄ceptū puerū d' sp̄s sc̄to indicauit
et vt iesum vocaret p̄cepit: qz saluus faceret
plm̄ a peccatis eorum. Et hoc cognouit io-
seph deū nasciturū qui solus peccata dimit-
tit: et accipēs sponsam in vxorem: cum vir-
gine virgo permansit. Habuit aut virgo v̄-
rū ne grauida infamaret: et vt v̄rū solacio et
ministerio frueret. et vt diabolo occultaretur
dei partus.

De descriptione orbis.

Capitulum. III.